UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

7. An Ordinarius vel parochus poßint substituere Diaconum, subdiaconum, vel alterum Clericum?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

Visual Library

a Enriq. lib. 21. de matri. c. 3. Nauarr. 4. conſ. tit. de ſponſ. cõſ. 44

te non probari, & ad textum reſpondetur diuerſam ibi eſſe rationem, loquitur enim de peccato vſuræ, quod ſicut nec poteſt clericus ſuo, ita nec alieno nomine exercere, rationemq; ſubdit textus, *indecẽs eſt enim crimen ſuum commodis alienis impendere.*

QVÆSTIO VII.

An ordinarius vel parochus poßint ſubſtituere Diaconum, Subdiaconum, vel alterum clericum?

Quæſtionis explicatio.

b ſeſſ. 24. c. 3.

c arg. c. 1. 15. q. 5.

APparentiam aliquã facit, quia quamuis in Decreto Concilii (*a*) Tridentini ſolum de ſacerdote mentio fiat, ibi, *vel alio ſacerdote, de licentia parochi*, tamen ſæpe apud Canoniſtas nomine ſacerdotis comprehenduntur, etiam Diaconus & Subdiaconus: Huius occaſione quæritur, an neceſſitate premente, cum alius haberi nequit, poterit ſubſtitui Diaconus, Subdiaconus, vel quiuis alius clericus, qui aſſiſtat celebrationi matrimonii?

Reſponſio.

d c. ex literis, de ſponſal.

NOn poterit, ſed aliquo illorum aſſiſtente matrimonium erit nullũ, quia verba Concilii ſecundum (*c*) communem intelli-

intelligentiam accipienda ſunt, & ſecundū communem vſum loquendi nomine ſacerdotis intelligitur verus preſbyter: ergo dum Concilium dicit: *vel alio ſacerdote de licentia ipſius parochi vel ordinarij*, verū preſbyterum intelligit, Confirmatur ex modo loquendi ipſius Concilii Tridentini, ſemper enim diſtinguit ſacerdotes à Diaconis & aliis altaris miniſtris, vt patet in multis Concilii (*a*) locis, ergo eodem modo ſumitur ſacerdos in præſenti decreto. Tandem probatur: Quia hoc decretum ſemper ita intellectum eſt vſuque receptum, vt docent Nauarrus(*b*) & (*c*) Enriques, qui dicunt oēs, Theologos & Iuriſperitos ita interpretari.

a *ſeſſ.23.c.2. & can.2. & aliis.*

b *lib.4.conſ. de clandeſt. ſpōſal.con.6.*

c *lib.11. de matr.c.3.n.5.*

Dices: Nos verſamur in materia fauorabili, multa ſiquidem in matrimonio conceduntur, quæ in aliis contractibus negantur, teſte(*d*) Felino, qui viginti quatuor in fauorem matrimonii congerit: at in materia fauorabili nomine ſacerdotū veniunt omnes clerici, præſertim ſacris initiati, vt Diaconi, Subdiaconi, &c.

d *verb. ſacerdos, num.1.*

℞. Doctrinam illam veram eſſe dum de clericorū abſolutione & punitione agitur, vt videre eſt apud Sylueſtr. & alios: Secus vbi agitur de neceſſariis ad ſacramentū, tunc enim verba ſecundum propriā & vſitatam ſignificationem ſunt accipienda.

QVÆ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN